

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad Exequias Quas Matronae ... Margarethae Battiae, Nomine filii ... parantur. Cives omnium ordinum ... in aedem D. Jacobi serio ... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746838417>

Druck Freier  Zugang





Rhane, H.,


in M. Batte.

R. 1638.

78







RECTOR

132.

Universitatis Rostochiensis,  
HENRICVS RHANE,  
J. U. D. & Profefs. P.

AD EXEQUIAS

Quas

Matronæ

Honestissimæ, piissimæq;

MARGARETHÆ  
BATTIÆ,

Nomine filij superstitis

inquit ducens.

Hodie parantur.

Cives omnium ordinum suos ad horam duo-  
decimam in ædem D. Jacobi serio ac dili-  
genter vocat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

ANNO M DC XXXVIII

RECTOR  
Universitatis Rostochensis  
HENRICVS RHANE  
J. U. D. & Prof. P.

Mag. G. G.  
Mag. G. G.  
Mag. G. G.  
MARGARETHA  
BATHIA

Nomine Illust. Rostochensis  
Habeat pariter  
Ceterum in hoc ad hunc duo  
deum in edem D. Jacobino ac dicit  
genet vocat.



Rostoch

1710 M D C C X



**F**A est hominum  
conditio, ut nūquam  
tutis ac immunibus à  
morte esse liceat, etiā  
cum plurimum ab ejus periculo  
abesse sibi videntur. Postquam  
enim per omnes vicos, plerasq; ur-  
bis domos grassata est epidemia,  
Forum quidem hoc nostrum La-  
tinum ab ea in petitū diu non est,  
liberum tamen prorsus esse non  
potuit, quin spargi quoq; per id  
morbus iste inciperet, & aliquot  
hominum prosterneret corpora.  
Quocirca factum est, ut inter indi-

Ffff 2      eti-



Etiva illa funera, ad quæ toties per  
præconem quotidie evocamur,  
Honestissimæ quoq; istius Matro-  
næ MARGARETHÆ BATTIÆ, audire-  
tur, cujus de vita, quam inculpatã  
per multos bene annos gessit, deq;  
Clarissimis Majoribus nostrã præ-  
fertim Academia meritissimis, ut  
pro more exponam, nata est anno  
prioris seculi septuagesimo septi-  
mo, vigesimo primo die Decembr.  
parentibus honestissimis. Patrem  
habuit Clarissimum & experientif-  
simum Virum Dn. LEVINUM BAT-  
TUM, Medicinæ Doct. & Professor.  
quondam hujus Academiæ meri-  
tissimum. Matrem autem ANNAM  
PEGELIAM, ejus sororem, quæ Re-  
verendo admodum & Excellentif-  
si.


limo Viro Dn. DAVIDI CHYTRÆO  
Theologo & Historico insigni  
nupta fuit. Avus paternus Ho-  
nestissimus Vir Dn. BARTHOLO-  
MÆUS BATTUS, ob pietatem & Chri-  
stianæ religionis Zelum famâ no-  
tissimus fuit; Qui cum in Belgio à  
Catholicis, Monachis imprimis ob  
fidei confessionē peteretur, cōjice-  
returq; in vincula, vinci tamen nō  
potuit, & quia ferro & igni savire  
in eum non valerent, emissus est,  
bonisq; exutus omnibus, tandem  
ob invictam fidei professionem in  
exilium cum novena prole pulsus  
est. Quæ tamen viri miseria, &  
quæcunq; propter nomen & glo-  
riam Dei perpassus est, in suâ quoq;  
& ingentem cessere gloriam, quod  
Ffff 3 filios


filios suos nepotesq; postquã hæc  
ora in firmam elegisset sedem, ad  
sumos aspirare honores in Theo-  
logia Jurisprudencia & Medicina  
videret, qui Religionem & Rem-  
publicam literariam voce & Stylo  
postea quam maxime adjuverunt.  
Avus maternus, Clarissimus Vir  
Dn. M. CONRADUS PEGELIUS, Illu-  
strissimo Duci Megapolitano Dn.  
MAGNO p. m. ab informatione &  
consiliis multis annis fuit fidelissi-  
mus, Professor item hîc celeberrim-  
us, ex antiquissima, & in urbe  
Wismaria ducentos & longe ultra  
annos ( quod pervetusta tradunt  
monumenta ) florentissima PEGE-  
LIORUM familia oriundus. His pro-  
gnata Optimis majoribus; post-  
quam


quam CHRISTO Salvatori per Baptismum af-  
lociata est, fratres nacta fuit Clarissimum &  
Consultissimum Virum Dn. LEVINUM BAT-  
TUM, J. U. D. & Dicasterij Megapolensis Ad-  
vocatum; Experientissimum item Virum,  
Dn. CONRADUM BATTUM Medicinæ Doctore,  
& BARTHOLOMÆUM, maturæ fatis concessum.  
Sorores autem accepit, ANNAM, SARAM, AGNE-  
TAM, quæ in juventute statim sua à Deo  
revocata est, ELISABETHAM & AGNETAM mino-  
rem, matronas quondam laudatissimas, cum  
quibus in pietate, re familiari & optimis mo-  
ribus in matrimonij usq; annum sedulo edu-  
cata est; domumq; ducta ætatis XVII. anno  
à Consultissimo & Clarissimo Viro Dn. BERN-  
HARDO QUECIO, Jcto, quo cum triginta per  
annos pacate, & in maxima tori vixit concor-  
dia, adeo ut ingentem caperet dolorem, reiq;  
domesticæ non levem pateretur jacturam,  
tum Maritum suum charissimum amitteret,  
& ad dormitorium comitari cogeretur. Quo  
tempore tota sanctimonix operâ dedit, pro-  
bitatis & œconomicæ rei studiosissima, perq;  
integros quatuordecim viduos annos in ti-  
more Domini, proximi dilectione, & erga  
egenos liberalitate, rixit. Cum vero ob in-  
gravescentem ætatem vires paulatim assume-  
rent

rent, conqueri de mala valetudine coepit ante biennium fere, a quo tamen magna cum patientia pertulit, & qua celebrare templum vetabatur, privatim in sacrorum lectione reliqua transegit vitæ summam. Præteritis a. paucis mensibus, cum magis magisque in gravelceret corporis infirmitas, & de recuperanda sanitate prorsus desperaret, accersendum statim curavit eum, cui peccata sua confiteretur, ut eorum remissione æternæ felicitatis particeps fieret; quo præsentem passa est corpore & sanguine Redemptoris sui, uniceque se ad voluntatem divinam composuit. Durante vero morbo, cum animam ultimo traheret, triduo ante, quam Servatori suo Christo eam commendaret divinum illud opus semel adhuc magna cum devotione, & seria peccatorum agnitione peregit, atque hoc viatico inter vota precesque ad æternam vitam decessit, cum vixisset in his terris sexaginta & unum annos. Quæ cum hodie in templo Jacobæo habetur, cohonestanda concione funebri, Vos Academix cives adhortor, ut exequias istas ætatis frequentes, mortalitatis vestræ memores sitis, & pro superstitis filij LEVINI salute preces & vota vestra ad Optimū Maximum mittere nō desinatis. V. B. P. P. die V. Octobris


A, Chr, c19 19 cxxxix.











quam CHRISTO Salvatori per Bap  
sociata est, fratres nacta fuit Clar  
Consultissimum Virum Dn. LE  
TUM, J. U. D. & Dicasterij Megapo  
vocatam; Experientissimum ite  
Dn. CONRADUM BATTUM Medicina  
& BARTHOLOMÆUM, maturæ fatis c  
Sorores autem accepit, ANNAM, SA  
TAM, quæ in juventute statim  
revocata est, ELISABETHAM & AGNE  
rem, matronas quondam laudatiss  
quibus in pietate, re familiari & op  
ribus in matrimonij usq; annum s  
cata est; domumq; ducta ætatis X  
à Consultissimo & Clarissimo Viro  
HARDO QUECIO, Jcto, quo cum t  
aunos pæcate, & in maxima tori vi  
dia, adeo ut ingentem caperet dolo  
domesticæ non levem pateretur ja  
tum Maritum suum charissimum  
& ad dormitorium comitari coge  
tempore tota sanctimonix operã  
bitatis & œconomix rei studiosiss  
integros quatuordecim viduos a  
more Domini, proximi dilection  
egenos liberalitate, rixit. Cum  
gravescentem ætatem vires paulati

